tates a papa:ſibi iurāt. etiā abbates ĩ bene-
dictione.ſicut epi in ꝯſecratiōe.Comp̄hendit
aūt hoc iuramentū ſeptem capitula ſeu ar-
ticulos. Primus eſt ꝙ iurat fidelitatē ſan-
cto Petro ꝛ romane eccleſie ꝛ pape tunc exi-
ſtenti ꝛ ſucceſſoribꝫ ſuis.Et ĩtelligit̃ ſm In-
no.ſeruare fidelitatē beato Petro qñ ſeruat
fidem et doctrinaȝ quā ſeruauit btus Petr⁹
id eſt catholicā fideȝ.Seruat aūt fidelitateȝ
Ro.eccleſie qñ tenet eam matrē ꝛ mgrāȝ pre
om̄ibꝫ p̄cellentem ꝛ dñaȝ. In ea etiā intelli-
gunt̃ Cardinales ſm Jo.an.cū ipſi cū papa
ꝯſtituunt eccleſiam Ro. Intelligit̃ etiam ibi
papa ſedēñ fit mentō ſpecialis poſtea de pa-
pa.et ſic iurans nō aſtringit̃ cuilibet in ꝑti-
culari ſȝ ipi collegio.Secus ĩ papa cū ſpeci-
aliter nominet̃.Quinimo ponit̃ ſpecialiter
nomē ꝓprium pape. Et in eoꝙ iurant etiam
ſucceſſoribꝫ.intelligit̃ canonice intrantibꝫ ꝛ
non de alijs.xij.q.ij. Alienationes.Nico.ſy.
Ita ſunt verba capituli que ſūt extracta ex
regiſtro Greg̃. Ego epus.N.ab hac hora in
antea fidelis ero ſancto Petro ſancteqȝ ro-
mane eccleſie.dñoqȝ meo pape.N.eiuſqȝ ſuc-
ceſſoribꝫ canonice intrantibꝫ.Nō ero in cōſi-
lio aut facto vt vitam ꝑdat aut membrū vel
capiat̃ mala captōne. Conſiliū qd mihi aut
ꝑ ſe aut ꝑ lrās aut ꝑ nuncium manifeſtabit
nulli pandam.Papatum romane eccleſie et
regulas ſanctoꝝ patꝝ adiutor ero ad defen-
dendū et retinendū ſaluo honore meo cōtra
omnes hoīes.Uocatus ad ſynodū veniā ni-
ſi impeditus fuero canonica p̄peditione. le-
gatum aplice ſedis quē certuȝ eſſe cognoue-
ro in eundo et redeundo honorifice tractabo
et in ſuis neceſſitatibꝫ adiuuabo.Apoſtolo-
rum limina ſingulis annis viſitabo aut per
me aut per certum nuncium niſi eorū abſol-
uar licentia.ſic me deus adiuuet ꝛ hec ſancta
dei euangelia.hec ibi.Glo.ibi.Uitā perdat.
Hoc non ſufficit.immo vbicunqȝ ſenſerit do-
minum ꝑiclitantem ad prohibendas inſidi-
as occurrē debet.xxij.q.v.c.De forma. Que
hic minus dicuntur . ibi ſuplentur et econ-
uerſo.Conſilium nulli pandaȝ.Glo. hoc in-
telligo de conſilio honeſto. quoniaȝ ꝯſilium
mali tenetur reuelare ei qui poſſit prodeſſe ꝛ
non obeſſe.xxij.q.v.Hoc videt̃. Saluo meo
honore.id eſt ſm ꝙ ꝑtinet ad meuȝ honorē .
quia non cum armis.Glo.ſ.in ꝓpria ꝑſona .
Nam ꝑ alios poteſt Jo.an.Tractabo Glo .
ſi cōſtiterit mihi ꝑ lrās ſue legationis .Ex de
man.ꝑn.l.j.Singulis annis. Glo.vel rari-
us.iuxta cirographum ſuuȝ.xciij.diſ.c.Iu-
xta.Et hoc ĩtellige de epiſcopis et archiepis
qui ſubſunt dño pape ſine vllo medio. vt de
ma.et obe.c.Dilecti.vbi dicitur ꝙ archiepi
debent eſſe contenti ſimili iuramento.cū eis
iurant ſui ſuffraganei ꝛ non plus exigere in
iuramento. et dicit ibi gloſa. ꝙ inſeri debet
etiam de iuramento et obedientia. vt in .c.

1069 Antiq̃. de priuil'. Papatũ. i. principatũ tam in ſpũalib ꝙ̃ in tp̃alib ſm Inno. Regulas ſanctoꝝ patrum. i. canones ſũmoꝝ pontificum ꝛ alioꝝ ſanctoꝝ patꝝ ꝑ eccleſiaȝ romanam approbatos. diſ. xvij. ꝑ totũ. ſm Inno. Et ex hoc cõcludit Nico. ſy̆. ꝙ ep̃us non ſeruans aut nõ faciens ſeruare canones: eſt ꝑiur⁹ ſi hoc agit ex ꝯtẽptu. Et eſt hereticus. qñ ſ. nõ credet papam hr̃e p̃tatem ꝯdendi canones. xix. diſ. c. Nulli fas. Item tenet̃ ep̃us ex iuramẽto iuuare papam ꝯ̃ principẽ ſuũ. Uocatus ad ſy̆nodũ. ſi ĝ non vocat̃: nõ tenet̃. etiamſi videt alios ire. ſm Io. an. Et ſufficit vna vocatõ ſm Io. an. Ad actum em̃ extraiudicialẽ ſufficit vna requiſitio regulariter. ex̃t de here. Si q̃s ep̃s. Et ſumit̃ ſy̆nod⁹ pro ꝯcilio. ꝛ ecõuerſo al'n. et tenet̃ ire ꝑſonaliter niſi ſit infirmus. ꝛ tunc tenet̃ mittẽ legatũ. vt diſ. xviij. Ep̃us. Ap̃loꝝ limina. Ubi ẽ papa ibi intelligunt̃ limina ap̃loꝝ eſſe et curia romana. etiamſi nõ ſit roma. non tñ debȝ ſine cauſa papa trãſferre ſedeȝ de ciuitate romana. Et cũ papa indiget: portare vel mittere ſubſidium debet. ſ. ep̃us quia fidelitatis debitũ hoc poſtulat Nico. ſy̆. Item dic Nico. ſy̆. ꝙ qñ cardinales añ creationẽ ſũmi pontificis aliq̃ ſtatuunt et ꝓmittunt ꝑ iuramentum illa ſuare ſi cõtingat aliqueȝ eoꝝ aſſumi ad ſummũ pontificatũ non puto iuramẽto aſtringi ſi illud iuramentuȝ tendit in preiudicium pontificalis dignitatis. ar. extra. c. Sicut de iureiuran.

## De forma iuramenti .§. iij.

a quod faciunt rectores et curati ep̃is ſuis dicit Hoſti. ꝙ ſm diuerſitatẽ locoꝝ diuerſa ſeruatur. hec tñ videt̃ congrua ꝛ ꝑ iura ꝓbari. ¶ Iurabit p̃mo ꝙ erit fidelis epiſcopo ꝛ obediens. eo. ti. Nullus. ſub quo intellige ꝙ ſeruabit ſñias eius et faciet ſeruari. ¶ Secũdo ꝙ mandata ſancta ꝛ honeſta implebit. de offi. archid. c. fi. ¶ Tercio ꝙ nihil alienabit de bonis eccleſie ſine ei⁹ licentia. xvij. q. iiij. In venditõnib ¶ Quarto ꝙ nomine eccleſie vlt̃ certam ſũmaȝ que arbitrarie determinet̃ nõ ꝯtrahet mutuũ. Quito ꝙ eccleſiã nõ relinquet nec ad aliã ſe trãfferet ſine ſui licentia. ex̃t de renũc. c. Admonet. ¶ Sexto ꝙ iura eccleſie ꝑ poſſe petet et defendet. vtilia ei ꝓcurabit. ꝛ nociua vitabit. ar. xvj. q. j. qui vere. ¶ Septio iurabit ꝙ nihil dedit vel dabit nec aliqͦd pactũ faciet nec aliqͦd illicitum ꝯmiſit ꝑ ſe vel ꝑ aliũ pro adipiſcenda dignitate. ſcientia vel eccleſia. ex̃t de pac. c. p̃mo. Et ꝙſi hoc vitiũ ad eum ꝑuenerit: annũciabit ꝛ ad volũtatẽ ei⁹ renũciabit ex illo vitio ¶ Octauo ꝙ ordines ſuo tp̃e recipiet: ſi nonduȝ recepit. ex̃t de eta. ꝛ quali. c. Queris. Nono ꝙ in eccleſia ꝑſonaliter reſidebit et deſeruiet in ordine ſuo. de cleri. non reſiden. c. Relatuȝ.

Decimo ꝙ non ſoluet vltra antiquã et ſolitam penſionẽ ſeu cenſum. vt in. c. tua nos. eo. ti. Et hec intellige de clerico beneficiato. Nam alij clerici. ſ. non beneficiati nõ tenent̃ iurare ep̃o niſi ſint adminiſtratores reꝝ eccleſiaſticaꝝ. vt dicit̃ in. c. Nullus. eo. ti. Cum dicta aũt forma tranſeunt ꝯmuniter doc. in tali materia. Sȝ dicit Nico. ſy̆. ꝙ licȝ ad oĩa ſupius cõtenta oblíget̃ ꝓmotus. tñ iure nõ probat̃ ꝙ ad om̃ia hec clericus debeat obligari. Et ad hoc allego tex. et glo. vbi ponit̃ directe forma huius iuramẽti. nec inſerunt̃ tanta ſicut hic. xxiij. diſ. c. Q̃ꝙ̃. In dicto. c. Q̃ꝙ̃. ſic dicit̃. Solet plus timeri qͦd ſingulariter pollicet̃ ꝙ̃ quod generali ſponſione cõcludit̃. Et ideo placuit huic ſancto cõcilio ꝙ vnuſquiſq̧ qui ad eccleſiaſticos ĝdus eſt acceſſurus. non antea honoris ꝯſecrationẽ accipiat ꝙ̃ placiti ſui annotatione. id eſt ſcriptura promittat vt fidem catholicaȝ ſincera cordis cõſtrictione ac deuotione cuſtodiens iuſte et pie viuere debeat. ꝛ in nullis oꝑibus ſuis canonicis regulis ꝯtradicat. atq̧ vt debitum ꝑ omnia honorem atq̧ obſequij reuerentiam preminenti ſibi dependat. Ibi dicit glo. ꝙ electus preſtat iuramentũ ſuo maiori de fide et canonib obſeruandis vt hic. Et de indemnitate rerum eccleſie. vt diſ. xxviij. de ſiracuſane. Et de immoderata exactione non facienda. xv. q. ſi. c. p̃mo. Et de infidelitate ꝛ penſionib nõ augendis. ꝺ iureiuran. c. tua. ꝛ. c. Ego. Suſpectus aũt de inobedientia iuramentũ preſtat de obedientia ſeruanda. de maio. et obe. Cum in eccleſijs.

## De forma iuramẽti .§. iiij.

quod preſtat vaſallus dño ſuo. habet̃. xxij. q. v. De forma. vbi dr̃. Qui fidelitatẽ domino ſuo iurat: iſta ſex ſemꝑ in memoria debȝ habere. Incolume. tutum. honeſtum. vtile. facile. poſſibile. ¶ Incolume. ne. ſ. ſit in damnum domini ſui de corꝑe ſuo. Tutum ne ſit ei in damnum de ſecreto ſuo vel de immunitionib ꝑ quas tutus eſſe poteſt. Honeſtuȝ ne ſit ei in damnũ de ſui iuſticia vel de alijs cauſis que ad eius honeſtatẽ ꝑtinere videntur. Utile ne ſit ei in damnũ de ſuis poſſeſſionib. Facile ne id bonuȝ quod dñs ſuus leuiter facẽ poterat: faciat ei difficile. Poſſibile ne id qͦd poſſibile erat: reddat ei ĩpoſſibile. Ut fidelis hec documẽta caueat iuſtum eſt. Sȝ qꝛ nõ ſufficit abſtinere a malo niſi fiat quod bonũ eſt. reſtat vt in eiſdẽ ſex ſupdictis ꝯſiliũ et auxiliuȝ dño ſuo fidelis preſtet ſi bñficio dignus vult videri ꝛ ſaluus eſſe de fidelitate quã iurauit. Dñs q̧ fideli ſuo ĩ his om̃ib vicem rependere debet. Quod ſi nõ fecerit merito cenſebit̃ malefidus. hec ibi. Nõ eſt dominus conẗ hec faciendo ꝑiurus quia hec ipſe non iurat ſeruare ſicut vaſallus. b

Caplm ſextum de Juramento ꝑmiſſorio.

DE iuramento promiſſorio multe occurrũt difficultates ⁊ dubia. ⁊ in q̃buſdam caſib⁹ obligat ad obſeruandũ. ⁊ in quibuſdã nõ. Et qñ obligat alñ pt̃ peti abſolutio ſeu relaxatõ. ⁊ fieri licite pt̃ hoc. alñ nõ. et qñ pt̃ licite peti abſolutio ſeu relaxatõ. ad hoc alñ ſufficit auctoritas epi. aliqñ reqrit̃ auctoritas pape. Vñ circa hec notabunt̃ decem caſus in hoc. §. q̃s ponit Nico. ſy. in lectione ſua. quibuſdam additis.

Primus caſus eſt quando iuramentũ oĩ ex pte ẽ licitũ tam ex pte iurãtis q̃ ex pte recipiẽtis q̃ etiã ex pte matie ſup q̃ pſtat̃. ⁊ tũc abſolutio ñ eſt ĩpendenda. ſʒ cõpellendus ẽ iurãs ad eius obſeruatõeʒ. de iureiurã. c. Etſi xp̃c. Quinĩmo nulla cauſa apparẽte intrinſeca etiã papa a tali iuramẽto abſoluẽ non poſſet. Et remittit ad notata p eũ. in. c. Quãto. eo. ti. Jbi aũt ponit talẽ diſtinctõʒ pro hmõi declaratõe. Aut tale iuramentũ fuit preſtitũ p inferiorẽ in matia ſpectanti principlr̃ ad papaʒ vtſi iurauerũt canonici non recipe aliquẽ vltra numeꝝ ⁊ tũc poteſt papa abſoluẽ a tali iuramẽto ſine cauſa. quia in tali iuramento intelligit̃ excepta auctoritate pape. Et ſic debet intelligi. c. veniẽtes. eo. ti. vt ibi notat Hoſti. Aut fuit pſtitum in alia materia. et tũc ſubdiuiditur. quia aut in materia ꝯcernente dei honoreʒ et reuerentiã. puta fabricandi eccleſiam vel intrandi religioneʒ. et ſic hoc nullus poteſt remittere ſine cauſa pter deũ. Papa eñ nõ poteſt remittere obligatõʒ deo queſitaʒ ſine cauſa. vt. xxiiij. q. j. Manet. ⁊. xxiij. q. iiij. Si is q. Etſi in hoc papa non poteſt aliũ abſoluere: multofortius ſeipm̃. Si aũt papa alium abſoluit pſumit̃ in dubio abſolut⁹ q̃ ad eccleſiã militantẽ. Sʒ ſi ſubeſt iuſta cauſa papa pt̃ abſoluere. vt i. c. Si vero. eo. ti. Et eſt iuſta cauſa ſi turpitudineʒ ꝯtinet iuramentũ ex pte recipientis. puta ſi iurauit ſoluere vſuras. Eſt etiã iuſta cauſa ꝓpter ſcandaluʒ vitandũ vt notat glo Jnno. Vel etiaʒ cũ maior vtilitas ĩminet in ꝯmutatõne ſicut dicit̃ etiam de voto. Et nõſoluʒ papa in his caſib⁹ ſʒetiaʒ epus poterit abſoluere ſicut et votũ ꝯmutare. vt dicit Jnno. in. c. Debitores. eo. ti. Sʒ in hoc eſt differentia inter papam et dioceſanũ qꝛ in factis magnaꝝ pſonarũ vel multum dubijs debet recurri ad papam. ⁊ ſic pt̃ intelligi. c. Venerabilem. ſed in alijs poterit epus reſpectu ſoli⁹ ſue diocefis. papa aũt reſpectu toti⁹ orbis. vt ſentit Specu. pt̃ vel cõmutare vel abſoluere. alius citra epm̃ nõ poteſt qui nõ habet epalem iuriſdictionẽ vt puto. Aut iuramentuʒ reſpicit principaliter cõmodum hominis et tunc ſine cauſa papa remittere nõ poteſt: ſed cum cauſa. vt notat Archi. in. c. Auctoritatem. xv. q. vj. Js etiaʒ de cuius ꝯmodo agit̃ remittere poteſt. vt in c. pmo. de iureiuran. et de ſpon. c. ij. Quod ꝓcedit etiamſi iuramentũ concernat vtilitatem vtriuſqʒ ꝯtrahentiuʒ tñ. vt quia aliqui iurant ſibinuicem aliquid facere vt in dicto c. ij. de ſpon. Secus puto vbi quis ſimplicit̃ iurat ad cõmodum: nam poterit ſibi remittere. ſ. papa ſine cauſa vt notat ſpeculator. Jn licitis etiam licet contrauenire ꝓpria auctoritate ex iuſta cauſa. non habita auctoritate ſupioris vrgente neceſſitate ſi nõ poteſt haberi ſuperior a quo petatur abſolutõ ſm Jnno. ¶ Circa diſpenſationeʒ iuramenti ſicut dicit bt̃us Tho. ſecunda ſcd̃e. q. lxxxix. Jllud quod cadit ſub iuramẽto promiſſorio aliqñ eſt peccatum manifeſte vel eſt maioris boni impeditiuũ. et tale iuramentum diſpẽſatione non indiget ſed ꝓpria auctoritate debet et poteſt cõtrauenire. aliqñ eſt dubium vtrum ſit licitum vel illicitum. proficuũ vel nociuum aut ſimplicit̃ aut in aliquo caſu. ⁊ in hoc poteſt quilibet epus diſpenſare. Cum aũt promittit̃ aliquid in iuramento quod ẽ manifeſte licitũ ⁊ vtile. in tali iuramento nõ videt̃ habere locum diſpenſatio vel ꝯmutatõ niſi aliquid melius occurrat faciendũ ad cõmunẽ vtilitatem. quod maxime videt̃ ptinere ad poteſtatem pape qui habet curaʒ vniuerſalẽ eccleſie. Similiter ⁊ iuramenti abſoluta relaxatio que dicitur diſpenſatio. Poteſt ergo diſpenſari vel commutatõ fieri in iuramentis ſicut in votis. hec beatus Tho. Nico. ſy. dic q̃ Speculator in ti. de lega. dic q̃ inferior a papa poteſt interpretari iuramentum qñ dubitat̃ de eius validitate. Qd̃ aũt in. c. Venerabilem. de elec. videt̃ ꝯtrariũ dici. Rñdet dupliciẽ iſtud habere locuʒ. ſ. q̃ nõ poſſit inferior interptari. Vno mõ cũ ꝓcedit̃ in arduo negocio ⁊ int̃ mag̃s pſonas. Alio mõ qñ vult daẽ licenciaʒ ꝯueniẽdi ſine aliq̃ ꝯmutatõne in aliud. Et hoc dictũ Spe. ſequit̃ Anto. i. c. Qꝛto. Jdẽ Jnno. qꝛ ſi pt̃ ſm eum diſpenſare. multofortius interpretari.

Secundus caſus eſt quando iuramentũ ſine diſpendio ſalutis eterne ſeruari non pt̃ et tunc nulla ꝯpetit abſolutio. Pctm̃ eñ fuit in iurãdo nõ in ꝯueniendo vt in. c. q̃to. eo. ti. et. xxij. q. iiij. p totũ. Sed iuramentũ etiam qd̃ vergit in interitũ ſalutis corpalis nõ videt̃ ſeruandũ. Queadmodum eñ nõ valet ſeu obligat iuramentuʒ qd̃ tendit in mortẽ alterius. xxij. q. iiij. c. pmo. cũ q̃tuor. c. ſe. Jta ⁊ fortius ñ debet valẽ ſi tendit in mortẽ ꝓpriaʒ. ar. i. c. Si nõ licʒ. xxiij. q. v. Jntelligit tñ hoc glo. in. c. Si vero. de iureiuran. quãdo directe vergit in morteʒ. ſecus

ſi occaſionalit̃. Ponit exemplũ de vltramon-
tano q̃ iurat morã trahere rome de menſe
auguſti. nam ſic iurans: tenet̃ iuramentum
ſeruare. q. d. Etiamſi aliq̃n accidat vlt̃mon-
tanis mors ex tali mora hoc tñ non ſp̃ acci-
dit. et ſic nõ directe tendit ad mortẽ ſ; occa-
ſionaliter. Sed Jo. an. dic dictum Glo. verũ
vbi ex imminenti infirmitate vel ex ↄplexi-
one iudicat̃ ſic iurans moritur⁹ ex tali mo-
ra. Et p̃ hoc dicẽm q̃ſi a peritis medicis di-
ceretur cartuſienſem morte; non poſſe eua-
dere alit̃ niſi p̃ eſum carnium q̃ nõ obſtante
voto ſeu regula debẽt carnes cõmedere. Si-
cut enĩ iuramentũ non ligat vbi eſt p̃iculu;
mortis. ita nec votum. cũ paribꝰ paſſibꝰ am-
bulent iuramentu; et votum. vt notat̃ in. c.
Magne. de voto. Concludit g̃ glo. ſic que ha-
betur ĩ dicto. c. Si vero. Juramentu; nõ eſt
ſeruandum q̃n ſine interitu ſalutis corp̃alis
ſeruari nõ poteſt. Nico. ſy. Jtem dic q̃ iura-
mentum de redeundo ad carcere; vel de non
fugiendo carcerem: obligat niſi detentio eſſ;
iniurioſa. vt ſcilicet quia bellum captiuan-
tis erat iniuſtum et cum timeretur de p̃icu-
lo perſone. xxij. q. ij. §. fi.

a **Tercius caſus eſt quando to-**
tum iuramentũ ſeruari p̃t ſine diſpendio ſa-
lutis eterne ſ; eſt ↄ̃ bonos mores tunc etia;
nulla requirit̃ abſolutiõ vt in regula. Nõ eſt
obligatoriũ. de re. iu. li. vj. et ĩtellige de bonis
moribꝰ naturalibꝰ. na; de ciuilibꝰ ĩfra dicet̃.
Ad hoc facit qđ dicit̃. xxij. q. iiij. Si aliquid
fortaſſe incautius iurare ↄtigerit qđ obſua-
tum peiorẽ vergat in exitum. libere illud ſa-
lubriori ↄſilio mutandũ nouerim⁹. Ubi no-
tat archid. poſt Wil. q̃ iuramentũ vergit in
peiorem exitum ſex modis. Primus eſt qui
dictus eſt in ſecundo cũ. ſ. iurat̃ quod ẽ mor-
tale. Secundus q̃n iurat̃ quod eſt veniale.
vt iurando comedere vel bibere pluſq̃ debẽt.
Et q̃uis nõ debeat illud ſeruare non tñ pec-
caret mortalit̃ ſi ſeruaret ꝓut dixit Hug. ſed
tñ venialit̃ ſm̃ Wil. Terci⁹ modus eſt q̃n
iurat̃ aliquid quod eſt ex ſe ĩdifferens tñ ex
circũſtantia efficit̃ veniale. Ponit exemplũ
Archi. de eo q̃ iurat nõ negociari vel nõ ac-
cipe mutuũ et hmõi ſi talis venit ad caſum ĩ
quo non p̃t aliter viuere niſi negocietur vel
mutuũ accipiat niſi veniat ↄ̃ iuramentũ fu-
iſſet temerariũ. ⁊ ideo ꝓpria auctoritate fran-
gendũ. Archi. tñ dicit hic querendã abſolu-
tione; a iuramẽto illo. qđ precipue videt̃ di-
cendum cum poſſet viuere ſine hmõi ſed nõ
cõmode. Quartus modus eſt q̃n iuramen-
tu; excludit op⁹ neceſſitatis vt cum iurat q̃
nõ dabit indigenti. Non enĩ eſt veriſimile q̃
deus acceptet talia iuramenta cũ ipſe p̃cipi-
at op̃a charitatis exerceri. et nõ debet iura-
mentum eſſe vinculũ iniquitatis. xxij. q. iiij.
Jnter cetera. Quintus modus eſt cum ex-
cludit opus de genere bonorũ vt cum q̃s iu-
rat q̃ nunq̃ erit clericus vel monachus vel
ep̃us. Contrariu; tñ ſentit glo. xxij. q. iiij. c.
Jnnocens. et Hugo ⁊ Gratianus vident̃ hoc
ſentire. §. fi. xxij. q. iiij. Sed Archi. poſt bt̃m
Tho. ſcđa ſcđe. q. lxxxix. ſentit ↄtrariu;. ſ. q̃
ꝓpria auctoritate poteſt ↄ̃uenire. Nec obſtat
tex. c. Archi. vel ſm̃ alia; lrãm incipit. Flo-
rentinũ. diſ. lxxxv. vbi ꝓpter tale iuramentũ
quis ꝓhibet̃ ꝓmoueri ad ep̃atum. quia illud
nõ fuit ex eo q̃ eſſet obligatoriũ. ſed q; teme-
rariu; mortaliter peccando in iurando. Pri-
mum placet q̃n vult ↄ̃uenire ꝓpter bonũ pu-
blicum. Secundũ q̃n vult venire ↄ̃ ꝓpter bo-
num priuatũ. Sextus modus eſt q̃n exclu-
dit opus indifferens pia intentõne p̃ deo aut
p̃ximo faciendũ vtſi quis iurat q̃ nõ loque-
tur alicui vel q̃ non intrabit domũ eius vel
quid ſimile. Non enĩ tenet̃ talis ad obſeruã-
tiam talis iuramenti ſi vult ↄ̃rium facẽ pia
intentõne ꝓpter deũ vel ꝓpter p̃ximũ. Ex his
decidit̃ queſtio q̃ fit cum q̃s iurat de nõ fide-
iubendo vtrũ valeat. Et Lau. tenuit q̃ ſic. q;
ſicut q̃s poteſt iurare pro vtilitate proximi.
ita ⁊ pro ſua vt recitat Archi. in. c. Non eſt.
xxij. q. j. Sed Jo. an. dicit q̃ vbi ſalus p̃ximi
p̃iclitaret̃ niſi fideiuberet̃ non tenet̃ ad ob-
ſeruantia; eius. quia iuramentũ non exten-
dit̃ ad hunc caſum inexcogitatũ. S; etſi ex-
cogitauit tũc hunc caſum: iuramentum fuit
temerariũ ⁊ p̃ ↄſequens non ſeruandũ. Ego
pro indubitato habeo hoc dictũ. Et plus ſen-
tio q̃ etiam vbi ſalus p̃ximi nõ p̃iclitaret̃ ſi
vere p̃ximus indiget non obligat̃ ad obſer-
uantiã eius. quia ex p̃cepto tenemur dilige-
re p̃ximos ſicut noſipſos. Et q̃uis cũ proxi-
mus nõ ita indigeat tali fideiuſſione q̃ p̃icli-
taret̃ ex hoc ſalus ſua. ⁊ p̃ ↄſequẽs qui ſic iu-
rauit nõ teneat̃ ex precepto fideiubere. ſicut
nec dare elemoſinam ſm̃ bt̃m Tho. ſecunda
ſcđe. q. xxxij. tamen eſt de cõſilio. et ideo ſer-
uatum illud iuramentum peiore; vergit in
exitum. vnde non obligatur. Et idem p̃ om-
nia puto quando quis iurauit non mutuare
pecuniam eadem ratione. Ex his poſſunt de-
cidi multe ſimiles queſtiones.

**Quart⁹ caſus eſt quando iu-** b
ramentum proceſſit ex cauſa iracundie. poſ-
ſet tamen ſeruari ſine diſpendio anime. Et
remittit pro declaratione huius ad notata
per eum in. c. Sicut ex litteris. ibi ſic dicit.
Jo. an. dicit q̃ iuramentum de quo agitur
in illo. c. Sicut. videlicet q̃ quidam mona-
chus ex iracundia iurauit cum fuiſſet abſo-
lutus a priore q̃ nunq̃ rediret ad clauſtru;
non obligat illum. etiamſi nõ fuiſſet profeſ-
ſus exquo ſic temerarie iurat et calore iracũ-
die. Secus ſi ex cauſa. et cum deliberatione.

Dñs Anto. putat qſi caloꝛ iracũdie fuit tantus ꝙ illud deliberate nõ iuraſſet. tale iuramentũ non eſt obligatoriũ. quia huiuſmodi volũtas nõ eſt diſcreta. vel ſi eſt: defacili per cõm eſt ꝯmutanda. Et remittit ad ſummaʒ Raij. in. c. de iuramẽto. Sʒ Jo. an. in. c. Dudum. de ꝯuerſi. ꝯiuga. dicit glo. ſup dicto. c. tenenteʒ ꝙ votum emiſſum caloꝛe iracundie nõ obligat habere veritatem. qñ eſt talis et tanta turbatio ꝙ ſapit quandaʒ mentis alienationeʒ ex multo furoꝛe. alʾ votum ex iracundia obligat. quia ea que in ſe ſunt bona non indigent deliberatõne. ⁊ ſic idem erit dicendum de iuramẽtis. Quod tamẽ dicit Jo. an. ꝙ nõ requiritur deliberatõ intelligendũ videtur multa ſicut ĩ dubijs fit hec ſubita fieri poteſt. et hec ſaltem requiritur ⁊ ſufficit. Nam ſm Tho. ſecunda ſcđe. q. lxxxviij. deliberatio requiritur de neceſſitate in voto. vt patʒ ex eius diffinitõe et ſic credit Jo. an. itellexiſſe vt alubi dicit. Concludit ꝙ iuramẽtum ex abꝛupto factum non obligat. quia ñ habet in ſe conſenſum. tamẽ poterit peti abſolutio ad cautelam: que defacili eſt indulgenda. hec Nico. ſỳ. quod precipue fiendũ eſt cum dubitať ſi habuerit conſenſum ſeu deliberationẽ. Item nota ꝙ cum quis iurat tenere hoſtagia ſeu hoſpicia in certo loco: nec habet ibi quod comedat vel vñ ſoluat. vtrũ ne teneatur implere. Dicit ad hoc Hoſti. qſi tempe obligatõnis erat non ſoluendo. teneť ſeruare iuramentũ quia ad hoc videť ſe obligaſſe: ⁊ victum querat manibꝫ ſuis vel mẽdicando. Sed ſi laboꝛare nõ poſſet ⁊ mendicando non ſufficienter inueniret non teneť vlť poſſe. de re. iu. c. Nemo. Sed ſi tempe obligationis erat ſoluendo ⁊ poſtea deuenit ad pauptateʒ. tunc diſtinguendũ. quia ſi eſt talis ꝙ poſſit mendicare ſine verecundia: dico idem quod prius. ar. xciij. diſ. c. Diaconi. Et ratio poteſt eſſe. quia videtur intendiſſe obligare ſe ad hoc. Sʒ ſi eſt nobilis ⁊ in dignitate. tunc ſubueniendum eſt ei iuris beneficio. exť de iureiuran. c. Querelam. Et ꝗuis nõ faciat ad ꝓpoſitum materie huius. §. niſi cum fieret iuramentum hoc in iracundia et tunc ſm predicta decidenduʒ: tñ vex eſt.

**Quintꝰ caſus eſt quando iu**ramentũ eſt dolo aduerſarij extoꝛtum. ⁊ tũc cõſiderandum ſi contractus ſuper quo preſtatur eſt alʾ reprobatus fauoꝛe ipſius iurãtis et tunc tale iuramentuʒ non eſt obligatoꝛium. caſus eſt in. c. Cum cõtingat. a ꝯtrario littere. Nam ibi dicitur ꝙ mulier que cõſentit alienationi rei dotalis et iurauit non contrauenire. vbi nõ ſupuenerit dolus nec metus: nõ eſt audienda. ſ. quo ad relaxationeʒ iuramenti vel annullatõnis ꝯtractus. Ergo ſi interuenit dolus: ſecus. Nã tex. excipit dolum. et ſic etiam in. c. ij. de pactis. libꝛo. vj. ⁊ c. licet. eo. ti. et li. et. in Auten. Sacramenta impuberum. Et idem dicendũ cum interuenit metus. Ex quo enĩ talia iuramenta cõtra legem ſunt: non ligant niſi ſint voluntaria omnino. quod etiam tenet Bar. Fateoꝛ tamen ꝙ in his caſibꝫ tutius erit ſi petatur abſolutio. vt ſentiunt multi doctoꝛes. Sʒ ꝓmum verius et notabilius. Si vero iuramẽtum non venit cõtra diſpoſitum a iure ⁊ interuenit dolus. tunc ſubdiſtingue. quia aut tantus eſt dolus ꝙ excipit menteʒ iurantis: puta ceſſante dolo nullo mõ ſe obligaſſet. et tunc iuramentum non ligat et poteſt contrauenire nulla petita abſolutione. ar. ꝑ id qđ notat Jo. an. c. vnico. de Commo. Et ſic intelligit Fede. conſilio. cxciij. vbi hoc expꝛeſſe ſentit ponendo terminos ĩ minoꝛe. xxv. annis. ⁊ in muliere ſeducta a fratribus hereditati paterne renunciando que valebat longeplus ꝙ̃ habuit in dote. quod eſt notanduʒ pꝛo limitatione. c. ſecũdi. de pac. libꝛo. vj. ſ. ꝙ non pꝛocedat quando dolus dedit cauſaʒ cõtractui. Nam vbi dolus dat cauſaʒ cõtractui ibi excluditur volũtas. l. j. ff. de dolo. Et iuramentum non obligat intentionem iurantis. vt in. c. Veniens. eo. ti. Sed vbi dolus nõ excludit conſenſum vtquia non dat cauſam contractui tunc exigitur abſolutio que debʒ pꝛeſtari: non obſtante aduerſarij contradictione ꝓpter eius turpitudineʒ et dolum. Et ideʒ vbi interuenit metus ꝙ requiratur abſolutõ que debet impendi ſine difficultate in odium aduerſarij metum inferentis. in. c. Uerum. eo. ti. Et licet ibi glo. intelligat de metu qui cadit in conſtantem virum. ꝙ ſcilicet debʒ relaxari vel abſolui ab eccleſia nõ de alio metu. Hoſti. tamen dicit etiaʒ de vano metu hoc habere locum. et hoc in odium cogentium ne repoꝛtent commoduʒ ex dolo ſuo. quod magis placet Nico. ſỳ. Etſi queratur vtrum tale iuramentum. ſ. ꝑ metum factum ſit obligatoꝛium et tranſgreſſio eiꝰ ſit moꝛtale. Nico. ſỳ. tractat hanc materiã diffuſe. in. c. Si vero. eo. ti. Et q̃tum ad primũ dicit ꝙ Jo. an. tenet ꝙ in foꝛo cõſcientie nõ eſt obligatoꝛium ſi ille qui iurauit per metũ non intendit ſe obligare ſʒ tempus redimere et euadere malum ſibi intemptatum. ſed ĩ foꝛo iudiciali ſibi hoc non crederetur. Sed Jo. cal. poſt bẽm Tho. queʒ allegat: tenet ꝙ ſit obligatoꝛium ſimpliciter in foꝛo conſciencie. Et idem gloſa. xv. q. vj. Auctoꝛitatem. Q̃tum ad ſecunduʒ. Aliqui tenent ꝙ tranſgreſſio huius iuramenti non habita relaxatione ſit veniale pꝛo eo ꝙ dicitur in decretali. Uerum. eo. ti. ꝙ pꝛo tali trãſgreſſione nõ eſt imponenda pñĩa vt pꝛo moꝛtali. Sʒ Jo. cal. btẽs Tho. ⁊ Archi. tenent ꝙ ſit moꝛtale.

q: piurium ex genere ſuo eſt mortale: nec excuſatur nõ implendo quod coactus iurauit. Et ad dictum.c. Verũ reſpondet Jo.cal. tripliciter. ¶ Primo ꝙ loquit̃. c. poſt abſolutionem a tali iuramento. Sed hoc non placet Jo.an. ⁊ bene. quia poſt abſolutionẽ vel relaxationẽ cum in nullo peccet non ſeruando: nõ eſt imponenda penitentia. ¶ Secundo reſpondet ꝙ procedit in foro iudiciali. ſecus in foro penitentiali. ¶ Tercio et meliꝰ. quia textus nõ dicit ꝯtrauenientẽ non peccare mortaliter. ſed nõ puniendum tanq̄ pro mortali. ſ. voluntarie cõmiſſo. q: metus licz nõ excuſet tñ alleuiat culpam. Nico. aũt ſy. dicit q̄ſi nõ intendit ſe obligare: nõ obliget̃. et ꝑ ꝯſequens nõ peccet ꝯtraueniendo. Sed peccauit ſic iurando. qḋ fuit veniale tm̃ vel nullũ. Si intendit ſe obligare. tunc ꝯueniẽdo añ relaxationẽ peccat mortalit̃. et in hoc caſu intelligit̃ dictũ. b Tho. ſz nõ ita grauit̃ puniendus vt pro volũtario piurio. vt ĩ dicto.c. Verũ. Ubi aũt ſumus ĩ dubio vtꝝ habuit animũ obligandi vl' nõ. dico ꝙ tunc ꝓpe loquit̃.c. vex. Naz in dubio p̄ſumendũ eſſet ꝙ nõ habuit animũ obligandi. Sed q: poſſet accidẽ ꝯtrariũ ne eccleſia daret materiã deierandi voluit ꝙ ĩ dubio ſeruaret̃ tale iuramentũ q̄ſi voluerit ſe obligare: ſz poſt factũ reſpectu pene ẽ reſtringendũ in mitiorẽ ptẽ vt nõ puniat̃ tanq̄ ꝓ mortali. hec Ni. ſy. Sz p̄mum nõ videt̃ vex. ſ. ꝙ ſit veniale iurando qḋ nõ intendit. q: cũ iuret mẽdacioſe hoc ſꝑ eſt mortale cum aduertit ſm beatũ Tho.

## Sextus caſus eſt quando iuramentũ ꝯtinet t̃pitudinẽ ex ꝑte recipientis

⁊ maxĩe ꝯcurrente t̃pitudine ex ꝑte materie ſuꝑ q̄ preſtat̃. ſz ex ꝑte iurãtis nullum imminet pctm iurãti. et tũc iuramentũ obligat. ſz pt̃ peti abſolutõ nõ obſtante ꝯdictõe aduerſarij. Et iſte eſt ꝓprius caſus. c. j. ⁊ c. Debitores. eo. ti. Et ꝑ iſtũ caſum pt̃ decidi q̄d dicendum ſit in filiofamil'. renũciante Macedoniano et iurãte non ꝯuenire. Et Bar. ĩ dicta. l. Si q̄s. decidit ꝙ iuramentũ obligat ſz petat̃ abſolutõ. Sed Jo.an. poſt Jaco. de bel. plus ſentit. ſ. ꝙ iuramẽtum nõ obliget: q: ꝯ bonos mores. Itẽ q: iuramentũ reprobat̃ nonſolũ cũ ꝯtinet ĩ ſe pctm ſzetiam qñ pt̃ eſſe occaſio pcti. ar. c. Cũ ab omĩ. de vi. ⁊ ho. cle. Et nota ſm. b Tho. ſcđa ſcđe. q. lxxxix. ꝙ votũ ẽ magis obligatoriũ q̄ iuramentũ ex ſui rõne. et rõnem huiꝰ habes ĩfra de voto. ibi vide. Et q: maior ẽ obligatio voti q̄ iuramẽti. Hinc eſt ꝙ ſi q̄s voueat caſtitatẽ etiam ſimplr̃ ſi poſtea iurat alicui mulieri ꝙ ducet eã in vxorẽ dz potius votũ ſuare q̄ iuramẽtũ. ⁊ ab hoc tenet̃. al' peccaret mortalit̃. Et qḋ dic Gratianus. xxij. q. iiij. §. Uñ dat̃. ꝙ talis ñ ꝓhibet̃ ſuare iuramẽtũ: illud falſum ẽ nec tenendũ ſm Bonauen. in. iiij. et Glo. in dicto. c.

## Septimus caſus eſt quando

nulla alia turpitudo ẽ niſi q: ẽ preſtitũ ꝯ legem. Et ĩ hoc diſtingue. Aut eĩ lex reſiſtit in fauorẽ reipublice p̄ncipalr̃ ⁊ tũc nõ eſt nec̃ia abſolutõ q: iuramẽtum illud ñ valuit. vt ĩ. c. Si diligẽti. de fo. ꝯpe. aut p̄ncipalr̃ in fauorẽ iurãtis licz ſecũdario ĩ fauorẽ publicũ. vt in muliẽ. ⁊ in mĩore. ⁊ tũc ſumus ꝓprie ĩ caſu. c. Cũ ꝯtingat. et. c. ij. de pac. li. vj. ⁊ in Auten. Sacrãmenta impuberũ. Et puto ꝙ ĩ hoc abſolutio ſit deneganda. Primo facit ad hoc regula generalis ꝙ iuramentum eſt ſeruandũ quod ſuari pt̃ ſine ꝑiculo anime. Itẽ nulla hic repit̃ turpitudo. Nã exq̄ lex ꝓuidit fauore ꝑſone ⁊ tal' ꝑſona iuramẽto renũciat iuri ſuo. nulla t̃pitudo repit̃ in ꝯhẽte. Nã lex dei nõ hz ꝓ turpi ꝙ ſuet̃ iuramentũ. nec ex ꝑte ꝯhentis pt̃ argui dolꝰ vel aliq̄ alia deceptio. nec mat̃ia de ſe ẽ turpis. et ſic ſumꝰ ext̃ t̃minos. c. debitores. ⁊. c. j. eo. ti. Ibi eĩ repit̃ turpitudo ex ꝑte recipiẽtis. ⁊ mat̃ia etiam in ſe ẽ turpis ſeu ꝓhibita. ⁊ſi q̄ culpa inuenit̃ ſatis punit̃ in retractatõe actus iuramẽto ñ accedente. Nec ĩ hoc videt̃ dictũ Fede. ꝓbabile ꝙ ſ. fiat abſolutõ. q: ꝯctum eſt ꝯ legẽ vl' ſtatutũ. Nã ſi hoc eẽt vex defacili euacuaret̃ diſpoſitio. c. Cũ ꝯtingat. et. c. ij. de pac. li. vj. et Auten. Sacrãmenta. ⁊ ĩ ſimilibꝰ. petendo abſolutõem a iuramẽto. Nec ẽ veriſimile ĩ aliq̄ iſtoꝝ iuriũ que emanauerũt ita ſolẽniter: ꝙ nulla fuiſſet facta mẽtio de abſolutõe a iuramẽto. ſicut fit ĩ. c. Vex. ⁊ in. c. j. eo. ti. Nec obſtat ſi dicat̃ ꝙ turpitudo ẽ ex ꝑte recipiẽtis ĩ eo ꝙ ꝯ lege vel ſtatuto diſpoſitum ꝯtraxit. Diſponit eĩ in fauorem ꝑſone principalr̃. cui fauori ꝓpe renũciat ⁊ ſic nulla turpitudo. Ex ſolo g̃ ꝯt̃ctu cont̃ legẽ edito ĩ fauorẽ ꝑſone nõ preſumit̃ dolꝰ. Pactum g̃ p̄ri factũ a filia dũ nuptui t̃deret̃ ꝙ dote ꝯtenta nullũ ad p̄rna bona regreſſum h̃ret. q̄uis ĩprobet lex ciuilis: tñ ſi firmatũ ſit iuramẽto hoc pactũ non vi nec dolo p̄ſtito dz ſeruari ꝓut dĩ in. c. Quis. de pac. li. vj. Similit̃ dos ⁊ donatõ ꝓpter nuptias ⁊ſi alienari non poſſit etiã ꝯſentiente vxore. vt dĩ. ff. ď fundo do. l. lex iulia. nec valet talis alienatõ. tñ ſi vxor iurat nõ ꝯuenire valet. vt de iureiuran. c. Cum cõtingat. et de pac. c. Quis. libro. vj.

## Octauꝰ caſus eſt quando re

tentis t̃minis ſuꝑdictis eoq; ſtatuto reſiſtẽte ꝯtrahit̃. et dat̃ leſio in ꝯtractu. vel dat̃ leſio vlt̃ dimidiũ iuſti pretij ſtatuto nõ reſiſtente vt in. c. Cum dilecti. de emp. ⁊ ven. Nunquid tunc poterit peti abſolutio a iuramento? Et dico ꝙ aut leſio eſt modica ⁊ tũc non pt̃ peti. q: pro modica leſione iura nõ curant dat̃ remedia ſpecialia. Ad hoc. c. Abbas. ext̃ de

bis q̄ vi metuſue cauſa fiunt. Aut leſio fuit
enormis. et tunc ſi iuramentū fuit ſimplicit̄
preſtitū de nō veniendo ꝯ. audiet̄ allegando
enormē leſionē q꞉ in tali enormi leſione p̄ſu-
mit̄ dolus. l. q̄ teſtiū. C. de ꝓbat. Non ei pre-
ſumit̄ iurans hūc caſum cogitaſſe. ar. eoꝝ q̄
notant̄. eo. ti. c. Quita vallis. ⁊ c. veniēs. eo.
ti. Itē q꞉ iura ꝯmunit̄ excipiūt dolū a talibꝫ
iuramētis. Sed paria ſūt q̄ dolus inueniat
ex ꝓpoſito vel re ip̄a. l. Si q̄s. ff. de v̄bo. obli.
Et hec vident̄ vera nonſoluꝫ ſi v̄ba vel iura-
mēta ſūt indefinita. ſꝫ etiā ſi ſūt generalia vt
ſi iurauit q̄ n̄ veniet ꝯ vlla rōe vel cauſa. Si
aūt ſūt v̄ba magis ſpecifica et lata: vtq꞉ apte
videant̄ excludē remedia. q꞉. ſ. iurat n̄ veni-
re ꝯ rōne enormis leſionis. tunc ſi verba ex-
cludūt vnū remediuꝫ tm̄: poterit hr̄e recur-
ſum ad aliud. vt ſi iurat nō cont̄uenire rōne
mi̇oris etatis poſſit ꝯuenire tanq̄ maioris.
Sꝫ ſi excludit oīa remedia vtq꞉ iurat nō ꝯ-
uenire vlla rōne: nec tanq̄ maior nec tanq̄
minor. tūc tenet glo. dn̄i Anto. ī minori q̄ ad
enormē leſionē nō valē ꝯtractū et iuramētū
ſꝫ poterit petē abſolutōꝫ a iuramēto q̄tum-
cūqꝫ iuret nō ꝯuenire rōne enormiſſime leſi-
onis. Et ſm Bar. etiamſi minor iuraret q̄ ſi
plus valet q̄ vendit: dat ⁊ donat ꝯhenti ſecū
q꞉ cū fraus preſumat̄ ex p̄te recipiētis. iura
canonica nō aſſiſtūt talibꝫ iuramētis. Itē ſi
iuraret om̄ia illa vendita eſſe ad verū pretiū
rei. q꞉ cū ꝯſtat de oppoſito talia p̄nt reuoca-
ri. q꞉ iuramentū illud cenſet̄ preſtitū ſub cō-
fidentia q̄ illud ſit iuſtū pretiū de q̄ eſt ꝯuen
tum. vn̄ ꝯſtito de ꝯ̄trio nō erit piurus ꝯtra-
veniendo. xxij. q. ij. beatus. In maiori aūt cō-
tract⁹ manebit validus iuramēto firmatus.
ſm. d. Anto. Sꝫ Nico. ſy̓. putat q̄ etiaꝫ ma-
ior poterit ꝯ̄uenire leſione data enormiſſi-
ma q̄tumcūqꝫ illa verba iurata fuerint late
ꝯcepta. q꞉ notarij illa apponē ſolēt ad maio-
rē validitatē ꝯ̄ctuū: tn̄ ꝯtrahētes putāt il-
lud eē veꝝ p̄tiuꝫ rei: nec ī aliq̄ decipi. vn̄ p̄nt
ꝯ̄uenire ſaltē petendo abſolutōꝫ. et hoc niſi
appareat ex aliq̄bꝫ circūſtantijs vere voluiſ-
ſe ꝯ̄hentē illud donare in q̄ leſus eſt. Cum ḡ
notarij ⁊ ꝯ̄hentes ſoleāt ad cautelā ponere
v̄ba valde lata excludentia oīa remedia. nō
videt̄ illos p̄ talia v̄ba generalia voluiſſe pa-
ti enormiſſimā leſionē: ſꝫ poti⁹ fuiſſe paſſos
illa v̄ba apponi ad ſeruandū notarioꝝ ꝯſue-
tudinem. Et ideꝫ videt̄ ſenſiſſe. d. Anto. in. c.
Quinta vall̓. vbi dic̄ ſe de facto cōſuluiſſe q̄
q̄tumcūqꝫ v̄ba late cōcipiant ī p̄ſonas arbi-
troꝝ. vtputa q̄ poſſint de iure vni⁹ dare al-
teri in totū vel ī p̄teꝫ ⁊c̄. q̄ nihilomin⁹ enor-
miter leſus poterit ꝯ̄uenire: licꝫ nō appare-
at de dolo ex ꝓpoſito ſꝫ ex re tm̄. q꞉ talia ver-
ba effuſo ſmone ꝓlata vident̄ ſub q̄dam ꝯfi-
dentia p̄ſone ⁊ amicicie arbitroꝝ vt capiant

beniuolentiā eoꝝ ad n̄ ledendū. Et idē tenu-
it diſputādo Pe. de ancha. licꝫ ml̓ti ꝯ hoc ſen-
tiant. Unde hoc n̄ eſt ſine dubio Nico. ſy̓.

Non⁹ caſus eſt quando turpi-
tudo repit̄ ex p̄te recipientis iuramentū ita
q̄ loc⁹ eſt petitōis abſolutōis. ſꝫ iurans an-
teq̄ abſoluet̄ incidit in piuriū. nunq̄d pote-
rit abſolutōꝫ petē a iuramēto ſicut an̄ petiſ-
ſet q̄ incidiſſet in piuriū? Et remittit pro de-
claratōne huius ad notata p̄ eū in. c. j. eo. ti.
Ibi aūt facit talē diſtinctōꝫ. q꞉ cū hoc petit.
aut iam ē elapſus t̄minus ſolutōis. ⁊ tūc nō
dꝫ audiri petens abſolutōeꝫ a iuramēto cum
iaꝫ inciderit in piuriū. q꞉ fruſtra poſtulat le-
gis auxiliū qui ꝯmittit ī legē. vt de vſuris. c.
Quia fruſtra. Et hoc ſenſit Fede. in conſilio
cclxxxviij. ⁊ hoc ne p̄ſeueret ī piurio. ſꝫ debꝫ
ſoluē vſuras et poſtea repetē. vt ī. c. Debito-
res. ex̄t̄ de iureiurā. Aut nō eſt elapſus t̄mi-
nus ſꝫ mora ꝯmittit̄ ex ſola interpellatōe. ⁊
ſic inſtante t̄mino ſolutōis non p̄t peti rela-
xatio a iuramēto ne in t̄mino incidat ī piu-
riū ſm Io. an. Soluꝫ ḡ poteſt petē hmōi re-
laxatōeꝫ anteq̄ ꝯſtituat̄ in mora ſoluēdi Ni-
co. ſy̓. Dn̄s Anto. illud qd̄ dic̄ Fede. ſup̄. ſ. q̄
q̄ incidit ī piuriū nō dꝫ audiri petens ab eo
relaxatōꝫ. aſſerit ſibi nō placē. q꞉ iurās erat
obligatus ad duo. ſ. ad ſoluendū in t̄mino. ⁊
ad ſoluendū ſimpl̄r. etq꞉ nō ſoluit in t̄mino
incidit in piuriū. ſꝫ q̄tenus remanet obliga-
tus poſt t̄minuꝫ p̄t petere abſolutōꝫ. qd̄ Ni-
co. ſy̓. putat veꝝ ſi petendo abſolutōꝫ nō p̄ſe
ueraret in pc̄to tūc poſſit petē abſolutōꝫ eti-
am poſt terminū: licꝫ inciderit ī piuriū. de q̄
p̄nia ſibi imponēda eſt. al̓ ſecus. ſ. ſi p̄ſeueret
in pc̄to cogend⁹ eſt vt q̄citius liberet̄ a pec-
cato. Utꝝ aūt ſit vocanda p̄s aduerſa cū pe-
tit quis ſibi relaxari iuramentū factū ad in-
ſtantiā ipſi⁹. Nico. ſy̓. dic̄ q̄ vbicūqꝫ iuramē-
tū eſt obligatoriū ex p̄te obligātis ⁊ aliquaꝫ
vtilitateꝫ ꝯtinet ex p̄te recipientis nunq̄ dꝫ
relaxari niſi vocata p̄te. Ratō hui⁹ ꝯcluſio-
nis eſt q꞉ exq̄ p̄ abſolutōis actum preiudiciū
irrogat̄ p̄ti ī eo q̄ ſibi vtilitas amittit̄ debet
p̄s vocari. q꞉ nil fieri dꝫ in preiudiciū abſen-
tis. c. p̄mo. ex̄t̄ de cā poſ. Etſi aliter fiat ab-
ſolutio nō valet. Et hoc veꝝ: niſi notorie cō
ſtet iuramentū ꝯtinere turpitudinē ex par-
te recipientis. ita q̄ parti abſenti certuꝫ ſit
nullā defenſionē ꝯpetere ī hoc. Nā puto valē
abſolutōꝫ etiaꝫ p̄te nō vocata. Naꝫ ſi hoc ca-
ſu valeret ſn̄ia ſup̄ p̄ncipali vbi agit̄ de ma-
iori p̄iudicio. fortius valebit abſolutō vbi n̄
agit̄ de tanto. Ad hoc. c. Bone. de elec. Si ḡ
queſtio iuramēti eſt coraꝫ eo ⁊ notorie ꝯſtet
de illius turpitudine. ab illo iuramēto abſol
uere poterit p̄te non vocata. Sꝫ ſi nō ꝯſtat
manifeſte de turpitudine. vtq꞉ non cōſtat q̄
iurauit ſoluē vſuras. puta quia ꝯtract⁹ erat

ſub forma licita ꝯceptus. ⁊ ſic nō poterit cō ſtare de turpitudīe añ finē termini. vel ꝓpter abſentiaꝫ ꝑtis. vel qꝛ ēminus īſtabat. tūc nō fiet abſolutio ꝑte nō vocata. vt ī. c. Debitores. eo. ti. Jo. an. fede. et cardi. dicūt. ī hmōi ꝑtē vocandaꝫ cū agaꝰ de eius ꝑiudicō. Dñs Anto. dic ꝙ qñ ē tanta turpitudo ex ꝑte recipiētis iuramentū ꝙ nulla ei acq̄raꝰ actō nec ꝯtus iuramēto firmaꝰ: nō eſt neceſſe ꝑtē vocari. qꝛ nullū īteēſſe pꝰ pretendē. Sed ꝑſuppoſito ꝙ debeat ꝑs vocari ſi tñ fiat abſolutō ꝑte nō vocata: tenet abſolutō. ſicut dicīꝰ de abſolutione ab excommunicatione.

a **Decimus caſus ē quādo quis** iurat nō repetē quod alter turpiter recepit. puta ꝑ vſurā vel ꝑ metū. ⁊ iurat etiā ſuꝑ his nullaꝫ querimoniā deponē. Pro hui⁹ declaratōe remittit ad notata ꝑ eū. in. c. ꝑmo. eo. ti. Jbi aūt ſic dic diſtinguendo. Quia vꝫ aut adhuc nō ſoluit qd iurauit. aut iā ſoluit. Et in ꝑmo caſu ſubdiſtingue. qꝛ aut iurauit ſimpliciꝰ. i. ſolū hoc. ſ. ſoluē vſuras. aut iurauit nō ſolū ſoluē. ſꝫ etiā nullā ſuꝑ hoc q̄rimoniā mouē nec etiā iudici denūciare. Et ī ꝑmo caſu hꝫ plura remedia taliꝰ iurās. ¶ Et ꝑmuꝫ ē facile. ſ. vt ſoluat ⁊ ſic impleat iuramentū et poſtea repetat. vt ī. c. Debitores. eo. ti. ¶ Secundū remediū eſt vt petat creditoreꝫ ꝯpelli ad relaxatōꝫ iuramēti. vel vt ī iſto. c. j. eo. ti. Et hoc verꝫ niſi inſtaret ēminus ſolutōis ita ꝙ ex mora incidēt ī ꝑiuriū. tūc eñ nō audiretꝰ ſꝫ ꝑus ſoluat ⁊ poſtea repetat. ¶ Terciū remediū eſt vt petat debitor abſolutōnem ab eꝑo. Sꝫ dubiū eſt vtꝝ iſtud remediū ſit ꝑ ſe ſubſidiū. i. ꝙ etiaꝫ nō ſuato ſecūdo remedio poſſit abſoluē eꝑus. aut ſit ſubſidiū ſubſidiariū. i. ꝙ ꝑus cogantꝰ creditores ad relaxandū ⁊ ī caſu q̄ nō poſſint ad hoc īduci tūc eꝑs abſoluat. Et Jnno. videꝰ velle hoc ſcōm. ſ. ꝙ ſit ſubſidiū ſubſidiariuꝫ cui aſſentit Jo. an. Sꝫ Anto. tenet ꝯriuꝫ. ſ. ꝙ ſit ſubſidiū ꝑ ſe et hoc magis placꝫ Nico. ſy. Et rō eſt ſm eū qꝛ ſi eꝑs abſoluit a iuramēto metu ꝑſtito nec eſt neceſſe recurrē ad iuramēta recipiētes. vt ī c. Ad aures. exꝰ de his q̄ vi metuſue cā fiunt ꝗ mltofortius ī caſu nrō. ſ. a iuramēto facto ꝑ ſolutōne vſuraꝝ. ¶ Quartū remediū eſt vt debitor ꝯuent⁹ rōne iuramēti excipiat ꝙ nō debet cogi ad obſuantiaꝫ iuramēti cum ipſe creditor teneaꝰ ꝓpꝰ turpitudineꝫ ſuam illud relaxare ⁊ ſic illud relaxari petit. hoc tñ facere dꝫ añ terminū elapſum ꝓmiſſionis ſue. ¶ Quintū remediū eſt vt iudex ex officio ſuo ꝯpellat creditorē deſiſtē ab exactōne vſuraꝝ. ¶ Jn ſecundo aūt caſu cū. ſ. iurat ſoluere et nullā q̄ōeꝫ ſuꝑ hoc mouē. dico ꝙ hꝫ iſte primū remediū dictū. ſ. vt ſoluat ⁊ poſtea repetat. naꝫ ñ iurat nō repetē. Et hoc iuramētū ſtricte ē intelligendū. vt ī. c. Ad audientiam qd metus vi cā fiunt. Scōm remediū vt denūciet eccleſie. nā nullū iuramētuꝫ pꝰ obligare quin poſſit q̄s denūciare crimioſuꝫ eccleſie. vt ī. c. Queadmodū. eo. ti. Debꝫ tñ denūcians fundare ſe ſuꝑ ſalute primi ⁊ ñ ſuꝑ īteēſſe ſuo principlꝛ qꝛ tūc obſtaret illi iuramentū. Sꝫ dñs Anto. dic ꝙ poteſt venire iſte denūcians aut ꝑ viā denūciatōnis euangelice ⁊ tūc hꝫ ſeruare prius monitōꝫ ipius. ij. q. j. Si peccauerit. Aut ꝑ viam cuiuſdam intimatōnis vt iudex auiſatus inſtet contra correctōeꝫ pcti. et in hoc nō credit monitōeꝫ neceſſariā. ar. ad ꝑdicta. c. ij. de ſpon. et tunc etiā videꝰ ꝙ poſſit intendē principlꝛ inteēſſe ſuū. Terciū remediū eſt de iuramēto. ſ. ꝙ faciat ſe abſoluē abſq; hoc ꝙ faciat citare creditorē ſuū. qd placet Jo. an. Sꝫ hoc nō videꝰ Nico. ſy. qꝛ videꝰ hoc īplicite q̄relaꝫ ꝯtinere quā iurauit nō facē. Quartū remediū eſt vt iudex ex officio ſuo ꝯpellat creditorē iuramētū relaxare vel ab exactōne deſiſtē. ¶ Citum ad ſcōm ꝑncipale. i. ſi iam ſoluit: pꝰ repetē. Sꝫ ſi iurauit nō repetē ac etiā nullā querelaꝫ ponē niſi denūciare. ſꝑ remanet ſibi via denunciandi q̄ ꝑ iuramentū excludi non pꝰ. Jtē alia via ē vt iudex officio ſuo ꝯpellat ad reſtituendū etiaꝫſi nulla ponaꝰ ſibi q̄rela de hoc dummō ei ꝯſtet. ¶ Nota etiaꝫ ſm Nico. ſy. ſuꝑ. c. ꝑuenit. ꝙſi ꝑlatus metu iurat ſuꝑ rebꝫ alienatis ñ repetēdis diſtinguendū eſt. b
qꝛ ſi ſuꝑ rebꝫ ꝓprijs et vbi ē damnū eius ꝑciſe nō dꝫ ꝯuenire niſi ꝑus habita relaxatōne vł abſolutōne. qñ videlicꝫ ē notabiliꝰ dānificatus et vbi agiꝰ ꝙ quis abſoluaꝰ a iuramēto opoꝛꝫ ꝙ adeaꝰ iudex eccleſiaſticus ꝑ hoc qd notat Jnno. ī. c. Debitores. eo. ti. Si aꝰ agiꝰ vt turpiꝰ recipiēs cogaꝰ relaxaē iuramētū: poſit hanc ꝯpulſioneꝫ facē etiaꝫ iudex ſecularis. vt notat Fede. ꝯſilio. cclxiij. et hoc qñ nō dubitaꝰ de turpitudine recipiētis. Sed ſi dubitareꝰ de iuribꝫ iuramēti tūc dꝫ adiri iudex ecclīaſticus. Si aꝰ iurauit ſuꝑ rebꝫ eccleſie. tūc ſi eccleſia eſt dānificata etiāſi metus nō intēueniſſit ñ videꝰ obligatoriū. Jnno. tñ dic ꝙſi hoc egit violētia et dolo ī damnū eccleſie abſoluiꝰ prius vt repetē poſſit. vt ī. c. Si do. eo. ti. Si nō ꝑ violentiā vel dolū. tūc ſuꝑior faciet abſolui ꝑlatuꝫ q̄ iurauit. vł dabit curatorē bonis eccleſie vt repetat res eccleſie ⁊ ille ñ veniat ꝯ iuramentū. Sꝫ Nico. ſy. dic ſimpliciꝰ ꝙ nō eſt obligatoriū vñ et ꝑ ipm prelatū qui ſic iurauit abſq; eo ꝙ petat abſolutōꝫ pꝰ repetere ſiue ꝑ ſe ſiue ꝑ aliū. qꝛ iuramentū non pꝰ eſſe vinculū iniq̄tatis ⁊c̄. Jtē ſuꝑ. c. Ex reſcripto. eo. ti. dic Nico. ſy. ꝙ monachus ꝓ vtilitate monaſterij ſe obligaꝰ vtiliter pꝰ etiaꝫ cū iuramento. Et cū hoc facit cū ꝯſenſu abbatis pro vtilitate monaſterij etiaꝫ ciuiliter pꝰ obligari. quia eoꝝ con-

ſenſus vt volūtas dependet ex volūtate abbatis. vt in. c. Si religioſus. de elec. libro. vj. Sine ꝯſenſu aūt abbatis nec ciuiliter nec naturalit̄ obligat̄ ex ꝓmiſſo. q: ius reſiſtit huic obligatōni. vt ī. c. Nō dicatis. xij. q. j. Itez in obligatōne monachi ſine ꝯſenſu abbatis nō pt̄ accedere fideiuſſor. l. j. et. ij. ff. de fideiuſſo. Itez nō improbat̄ ꝙ clerici etiā religioſi iurent ſup cōtractu obſeruando. Item nota ꝙ iurans laicus etiaz tanꝙ̄ fideiuſſor ſup contractu pt̄ coram iudice eccleſiaſtico ꝯueniri vt in. c. fi. de fo. ꝯpe. li. vj. hec oīa Nico. ſy̆.

## De ꝯmutatōne iuramē .§. j.

ti. In. c. ꝑuenit. ſūmatim dr̄ ꝙ non deierat q̄ iuramenti ꝯplementum in melius ꝯmutat. Circa cuius declaratōꝫ Nico. ſy̆. ibi ſic diſtinguit. Aut iuramēti implementū ꝯcernit honorē dei. aut vtilitatez ꝑuataz. Et in primo caſu. ſi illud in qd̓ vult ꝯmutare eſt dubium vtrū ſit maius bonū reqrit̄ ſup hoc auctoritas ſupioris ſm Anto. in ꝯmutatōe. Idē etiamſi illud ē maius bonū manifeſte ⁊ euidenter ſꝫ obſuatio eius qd̓ iurauit ñ impedit vl̓ ꝑturbat maius bonū puta q: iurauit ire ad ſcēm Anto. ⁊ nūc intendit ire ad ſepulcꝝ. pt̄ eñ implē primū. ⁊ poſtea ad ſepulcꝝ ire. vñ in tali ꝯmutatōe ſi vellet primū in ſecunduꝫ ꝯmutaē reqrit̄ auctoritas ſupioris ſaltē epi Nā ſicut epus poteſt votū ꝯmutare ita ⁊ iuramentū. vt notat Inno. in. c. Debitores. eo. ti. Si aūt non poteſt ſuari iuramentū ſine ꝑturbatōe vel deſertōe maioris boni tūc ꝓpria auctoritate ꝯmutare pt̄ ſm Anto. puta ſi iurauit ire ad ſepulcꝝ vel ꝯtrahē mr̄imonium cū aliq̄. ꝓpria auctoritate pt̄ ꝯuenire intrādo religionē q: impendit ꝑ tpali obſeqo perpetuā dño ſuitutez. ar. de voto. c. Scripture. In ſcd̓o aūt caſu cū. ſ. iuramentū ꝯcernit vtilitatē priuatā. dico ꝙ ſine ꝯſenſu illi⁹ cui preſtitū fuit etiaz in meli⁹ ꝯmutari non pt̄. Nec ꝓteſt in hoc ſupioris auctoritas ex hoc qd̓ notat̄ eo. ti. c. Qſtō. ⁊ ꝑ Inno. ī. c. cū inē. de renū. Pro q̄ facit q: debitor non pt̄ vnam rem etiam meliorē ꝓ alia ſoluē inuito creditore. vt Inſti. qb̓ mo. tol. obli. in principio.

## De irritatione iuramē .§. ij.

